







1057

Sup. Pag. 51

1057

Petrus Reginaldus
1, 2, 3, 4

Nec citato per Ham.

Inc.
1191



Im Anthon



Speculum finalis retributionis.

G. y. g. g.



Im Anthon

Sancti Anthon

Ceteris pbitates quosdam etiā in sacris codicibus inscriptos varie effe-
 rerūt putes pmedabiles: q̄q̄ ad falsa deusus erro: abduerit plimos: p̄tu-
 tis tñ nomē bñres: bonoz tñ exēpla isēq̄ licet. Quosdā em̄ ornat syncera fi-
 des ac hospitalitatis amor. Abrahā q̄ppe p̄im⁹ suo tpe deū coluit. patriā
 p̄pter deū dereliquit. ad vitandū fratris sui scādaliū iurī suo cessit. angelos
 hospites suscepit. filiū immolare disposuit: et sic in tēptatione inuent⁹ est si-
 delis. Allos vero insignis fecit preclare vite mūdicia: vt p̄z in iosepb: q̄ 3e
 lum colēdo dei sue āgustie tpe custodiuit mādātū: et int̄m sublimat honorē:
 vt fieret dñs egypti. q̄ si de regib⁹ habēdus est fmo. Dauid occurrit qui in
 sua misericordia p̄secut⁹ est sedē regni in secula. p̄ter hos ali⁹ amore legis
 multa p̄pessi sibi nomē eternū vēdicarūt. Alij rēpublicā bene regētes: cha-
 ritate q̄dē nō deserētes: pijs insistentes opibus corde puro deo vero famu-
 lantes. Alij arte et industria viuētes bonā et suis opib⁹ famā p̄ vniuersum
 mūdū inde ferētes: quoz noīa et nūcerū h̄ inserere p̄p̄ eoz multitudinē p̄-
 termitto. **O**mn̄s etiā pbilosophātū quosdā vt litterarū studio sc̄i-
 re amātes liberius vacaret: vbiū frequētā relinq̄sse: vbi mltē sunt oculo:z
 s̄nriūz illeceb: e: ne p̄ seculi h̄ū r̄ rerū tpallū nimā abūdantiā animi for-
 tūdo mollesceret: r̄ ne mūdū hui⁹ impudētia stupraref. Inde p̄tator: sc̄i-
 cō: fortis hui⁹ seculi neq̄ deserētes in desertis habitabāt locis. Etā platonē
 cī r̄ stoicī in tēploz portib⁹ versabant: vt honesto:is habitaculi sanctitate
 p̄moniti nil aliud q̄ de p̄turb⁹ cogitarēt. **Q**z vt de ceteris tacuerim optime
 fecisse videt egregius sacre tbeologie docto: magister Petr⁹ reginaldē or-
 dīnis fratrū minor: cui⁹ mēre diuina sapientia ita fecūdas arbitro: mirabi-
 li ac ineffabili modo ineb: iasse: vt nihil terrenū nihilq̄ mūdānū eo: cī allū
 ceter: sed toto mētē sue conatu intuitu r̄ affectu futurā opoz bonoz maloz
 vt retributionē p̄tēplaref: de q̄ in symbolo Athanasī⁹ ait. Qui bōa egerūt
 sbūt in vitā eternā. Qui p̄o mala in ignē eternū. Un̄ r̄ tāq̄ de bulusmōi nō
 ignar⁹ libellū hūc: quē si ceteris placet Speculū finalis retributionis appel-
 lo. nō sine magno labore magnaq̄ diligētia cōposuit: stilo grato et fecūdo:
 celsaq̄ sentētia: atq̄ ordine decētissimo ad finē vsq̄ p̄ducēdo. Eius⁹ vtilita-
 tes frequētissime cogitās ego frater Buiilberm⁹ totius sacri ordinis fratrū
 p̄dicatoz hūilis docto: r̄ lecto: insignis ecclie p̄māz galliarū sc̄i Jobānis
 Zugō. memo: p̄to:is charitatz patz vostroz dñici. sc̄i. sc̄i. patriarce n̄ri
 v̄ri vsq̄ aplici: ac gloriosissimi confessoris Francisci seraphici sacri ordinis
 minor fundatoris egregij q̄ ad huc mortales Virgic sacratissima dei matre
 p̄curate corā deoz r̄ xpo Iesu mirabiliter coype: affectu r̄ effectū cōcuerūt in
 vnū charitatis āplerib⁹ post v̄sionē mirabilē seiuicē osculātes r̄ dicētes:
 q̄ sil p̄gem: ad idē conabimur: nostri quoz verū p̄ter successores. Cātuz q̄
 ac tā vtile op⁹ ad gloriā p̄fati sacri ordinis minor in lucē oib⁹ p̄bere volēs
 quo salus pluriū valeat parari: et exēplari nō modicuz viciato studij quo
 adpotū verū exēplar p̄ficere: de min⁹ hūi corect⁹ veniā petēs cū orationū
 suffragijs. de his vero q̄ sana: vtilia: r̄ nō in aliquo viciata aut incorrecta le-
 gētes reperiet gratias deoz et laudes actorū bonis referre laboret.

Quia de' teste ps. lxi. Reddet vni-
 culq; iuxta opa sua. Expediens & vtile
 valde videtur dicere aliquid de gaudijs
 paradisi: & de penis inferni: fm qd intel-
 ligē valeam de his duob' ex sacra scri-
 ptura: & dictis sanctorū & doctorū. Utile
 in q̄. ppter tria: videlicet propter concupi-
 scentia fugiendas. Propter p̄niam pa-
 gendam. Et ppter vitā iustā p̄seruan-
 dam. Dies enī mali sunt: ino vident
 nūc bī dies esse de quib' ait xps. Abū-
 dabit iniquitas: refrigescet caritas
 multorū. Mat. xxiiij. Quapropter sicut
 mater oñdit filio pomū vt ad eā veni-
 at: et rex patibulū boī ne furtū faciat:
 & rector scholāz virgas discipulo vt le-
 ctiones addiscat. Sic dñs ieiuna tan q̄
 mater nobis infinuauit multa de gau-
 dijs paradisi: vt illū seq̄mur: & multa de
 penis inferni vt pctm̄ caueam'. Et vir-
 gas q̄bus in p̄petuū puniētur dānat:
 vt bene agere discam'. P̄mo igitur di-
 cendū est de penis inferni. Secūdo de
 gaudijs paradisi. Iuxta illud ps. Trāsi-
 uimus per ignē & aquā: & eduxisti nos
 in refrigerius. **¶** Thema igitur sit istud

Conuertantur

in infernū om̄s gētes q̄
 obliuiscuntur deus. ps. lx.
 Cōsiderem' igitur charissi-
 mi & attendam' diligēter quorū & quā-
 ti dolores sunt in inferno: & sic peccat'
 nostris resiliem'. & si nō amore des: sal-
 tem penarū timore: qz timorē expellit
 pctm̄. Eccl. i. Un̄ in libro de oculis mor-
 tali. Hic aspectus. s. penarū inferni vti-
 lis est: & vt culpa vitet: & vt pena p̄ns
 facilis reputet. Un̄ dicit Ihd̄. i. solū
 quorū. P̄pone tibi aduersus carnis
 ardores futuri supplicij ignes. Demo-
 nstra ardores gebēne: ardorē extinguit lu-
 turie. Videm'. q̄ qū dicit' est adult'

applicat ad ignes vt minor calor: possit
 extrahi p̄ maiorē: sic & pctōe inflāmar'
 igne pcti si p̄ cōsiderationē applicet se
 igni infernali minor calor extrahi pos-
 terit a maiore. Eccl. viij. Mōrare nō
 ussima tua & in eternū non peccabis.
 Facit secūdo vt pena p̄ns facilis re-
 putetur. Un̄ dicebat d̄erū. Vigilijs tē-
 mes & ieiunia manūq; labores: sed
 beatus sunt flāmas p̄petuas medi-
 tanti. Narrat Beda in gestis anglo-ū
 q̄ tpe cōstantini minoris imperatoris:
 quidāz paterfamilias cū decessisset in
 angliā: quia eterni iudicij ante tri-
 bunal' adducta: vbi tandē obtinuit
 des genitricis intercessionib' vt prius
 inspectis penis infernalib' post. hęc re-
 dret ad corpus. Resurrexit igitur q̄ erat
 mortu': et enarratis de penis inferni
 mirabilib' & reb' suis erogatis. paup̄-
 bus p̄fectis est ad quādāz insulā vt
 lingua simul & ope ostēderet q̄ta tor-
 mēta vidisset: & in maxima byeme se
 mergebat in flumen. & cū sup hoc
 amica argueret & norit' fūd̄it. Sumite
 mētam maiorā vidit re. Sunt enī ibi
 tot & tante miserie q̄ si bō eas cogno-
 sceret & aliquā experientia nullā pos-
 set in hoc mūdo cogitare infernā quā
 nō pot' sustineret q̄ illas penas sup-
 ferre veller. Dicam' igitur hic de trib'.
 P̄mo de loco infernali & eius qualitate.
 Secūdo de dānatoz pena corporali &
 eius multiplicitate.
 Tertio de pena spūali & eius varietate.
¶ P̄mo igitur de loco infer-
 nali & eius qualitate. Un̄ dicit Ihd̄ bar-
 dus: & tenet quāsi om̄s doctores: q̄ in
 fernus est in medio terre: qz iste loc'
 est remotissim' a celo: qz centrū sum-
 me distat a circūferētia. Nam sicut de'
 ordiat corpa i suis locis fm extēctā

nota
 & p̄
 familia

nota qu'
 in medio

acheron. ab a qd est sine et cheron gaudium quasi sine gaudio. Alijsq; nominibus appellatur: de quibus pertransio. Sunt enim hec nomina scilicet strigeton: lethe: cocobitus: que a quibusdam discuntur fluminibus infernalis. Patet igitur quod locus sit infernalis habitatio et qualis: sed adhuc magis patebit in sequentibus.

Secundo videndum est de damnatorum pena corporali et eius multiplicitate. Et est sine valde plures pene. Decem tamen incedo ad presens declarare. **Quarum**

Prima est ignis ardentissimus. Secunda est frigoris acutissimus. Tertia magnus clamor: doloris absque cessatione.

Quarta inferni fumus absque evacuatioe. Quinta odor: fetidus et multum horribilis. Sexta visio demonum valde terribilis. Septima fames crudeliter affligens. Octava fitis similiter conflixens. Nona verecundia et confusio.

Decima in tactu maxima afflictio.

Prima igitur

pena est ignis ardentissimus. **Mathei. xxv. c.** Ite maledicti in ignem eternum. Ignis autem iste differt ab igne huius mundi in quatuor. Primo in acerbitate. Unde secundum beati Augustini. Ignis iste sensibilis ita se habet ad ignem gebennalem: sicut ignis depictus ad ignem verum. Considera igitur quanta sit differentia in ardore inter ignem pictum et ignem verum: et consequenter considera si potes pati ardorem ignis infernalis qui tamen excedit ardorem ignis huius. **Quam** passionem sustines res si per bonos stares siue teneres digitum tuum in igne: et maiorem si totam manum: et adhuc maiorem si totum brachium: et adhuc meliorem si totum corpus. Quartus igitur

erit ardo: ignis gebennalis? Eredo quod nec aliquis visus cogitare aut dicere sufficiat. **Esa. xxxij.** Quis erit vobis poterit habitare cum igne devorante. **Ite** in ps. In igne devorabis eos. **Ite** ponet eos ut cisbanum ignis: et devorabit eos ignis. sicut ferrum in fornace totum fit ignis. per ignem igitur scriptura sacra acumen doloris inuit. Sed quod magnitudinem pene eterne exprimeret non poterit nisi et multiplicando de rebus temporalibus et ignis pene trabsit et acris est elementum: magis acutum ceteris elementis. Ideo scriptura ut potest acerbitate pene inferni inuit sepius vocando illi pene acerrimum doloris: **Ite** ignis. **min** tamen dices et plures signis. **Secundo** differt ignis inferni a nostro in duratione: quod noster poterit extinguere: ille autem non. **Esa. xl.** Ignis eorum non extinguetur. **Ite** deus. **xxxij.** Ignis successus est in furore meo et ardebit usque ad inferni novissima. **Ite** quidam paradisus et infernus durabit. **Ite** in perpetuum. **Quo** ardo: interminabilis. devorabitque terram cum germine suo. **Ite** terrenorum amatores comburet. **Ite** totaliter vret. **Ite** ignis non continuatur lignis aut alta materia: sed dei voluntate. **Ille** locus inferni tali igne repletus est qui nunquam extinguetur: sic quod si totum mare in eo verneretur non erit hoc extinguere. **Ter**tio differt iste ignis perpetuus a nostro igne in luce. nam iste, ignis mundi alius in se lucem includit: sed ignis inferni quous sit abundans in ardore: tamen secundum ordinem divine sustitit carere luce. **Unde** bunt tamen damnati se invicem non ut inde consolentur: sed ut magis torqueant. **Unde** Bregio. Quous illis. **Ite** damnatis ignis ad consolationes non luceat: tamen ad aliquid ut. **Ite** magis torqueant lucet. **Eos** prope quos reprobi nunc in ordinate distigunt secum tunc in tormentis videbunt: ut

non quod magnitudinem pene trabsit devorabit ignis

nota quod ignis inferni non extinguetur

nota quod ignis inferni non fructus dicitur sicut dualis

penā pprie punitōis exaggeret carna
 lls cognatio auctori pposita pati ante
 oculos vltimē dānata. Tūc 7 Iud. I. g.
 nls gelēne incebit miser? ad miserte
 augmentū: vt videat vñ doleat: nō ad
 pfolatōne vt videat vñ gaudeat. vnde
 bāt etiā demones vt dicef supra. Itē
 dñs pena. li. i. di. l. p. clusione pma. ii.
 art. i. ait. Ignis est in triplici dña. Est
 em̄ ignis pur? vt est in ppria materia.
 Et ignis incorporat? vt est in materia
 aliena: vt in terravel aere. Et ignis nō
 tñ incorporat?: s; etiā pmisser?: vt sit sul
 pbire? 7 fumosus. Primus est lux 7 pu
 re et abundanter. Secundus est ignis
 carbo 7 flāma: hic etiā in aere tenebrā
 expellit. Tertius est ignis fumosus: 7 ta
 lis est tenebrosus: 7 iste erit i inferno.
 ps. Posuerūt me i rilaclu infero: i in te
 nebrosus 7 vmbra mortis. Quarto dif
 fert hic ignis ab illo in psumptōne: qz
 hic pōt oia psumere: ille autē nō consu
 met sed pburet corpora in eo manēta
 Tūc Aug. xxi. de ciu. sicut declarat Frā
 ciscus de maronis dicit qz sicut corpo
 ra aiabus dolorē faciūt p organa: qz tñ
 nō id mortūtur: ita pōt ignis inferna
 lls corporib? inferre dolorē nō inferen
 do mortē. 7 hoc declarat quarto exem
 ple pmo de salamādra qz in ignib?
 vniūt. Secūdo de montibus Sicille qz
 ab ignib? pburūtur 7 nō consumūtur.
 Tertio de carnib? pauonis qz plus qz p
 annū conseruant mortue a putredine
 vt ipe dicit se fuisse expertus. Quarto
 de paleis qz pira maturāt: 7 niuē pser
 uant. Nec ille. Tunc em̄ corpora erunt
 incōsumptibilia: ideo semp manebūt
 in illo igne sine cōsumptione. Tūc tunc
 verificabit illud Apoc. i. In diebus
 illis querēt homines mortē 7 nō inue
 nēt eam: 7 desiderabūt mortē: 7 fugiet
 mors ab eis. Et de hac pena dī eodes

libro. ca. xxi. Timidis autē incredulis:
 7 execratis: 7 homicidis: 7 fornicatorib?
 bus: 7 veneficis: 7 ydolaris: et oibus
 mendacib? ps illoz erit sit stagno ar
 dēt igne. Expositio timidis. s. qz timo
 re penarū fidē accipe fingūt vel acce
 ptam relinquunt. Tuce. viij. Ad tēpus
 credunt: 7 in tpe septationis recedūt.
 Et incredulis qz s. bona futura minime
 credūt. Iere. v. Populo huic factus est
 cor: incredulū. Et Esa. lvi. Expādi ma
 nus meas ad pplm incredulū. Et ere
 cratis qui manifeste moie ecclesiasti
 co excōcāntur Richardus: vel fm Hy
 monē. Incredulis id est paganis vel
 iudeis: et execratis. i. falsis xpianis qz
 sunt execrāti a deo. i. abominabiles.
 Tūc ps. Utrū sanguinū 7 dolosus abbo
 minabitur dñs. Et homicidis qz s. vel
 voluntatis pautate vel sermonis p
 suasione vel operis ppetrate alique
 occidūt. i. Job. iij. Ois homicida non
 habz vltā eternā. Et fornicatoribus. i.
 fornicantibus imūdicie carnis. i. Ez. vi.
 Neqz fornicarij regnū dei possidebūt.
 Et veneficis qz malicie venenū verbo
 vel exemplo effundūt crudeliter. Hic
 Richardus. Venenū aspidū sub labijs
 eorum. Hic ppba. Et idolatris quales
 sunt qz relicto vero diuinitatis cultu p
 ydolatriā demonib? se subdūt. i. Cor.
 x. Neqz ydolatre efficiami. Et oib? mē
 dacibus quales sunt qz relicto verita
 tis tramite pimos fraudulenter fal
 liunt. Eccl. viij. Noli velle mētiri omne
 mendaciū. pars illoz erit in qz in sta
 gno ardēt. i. in psonda inferni dāna
 tione: in qz est ignis qz est mors scda. i.
 corporis 7 aie. Prima mors fuit in aia
 p pccātū ait Aug. eius. de quo stagno dicit
 ca. xviij. 7. xix. eiusdē Apoc. Pars. s. pu
 nitionis: qz multe sunt alse dānatoz
 pene. Logitem? charissimi qz tunc tre?

22. 2. 2.

ra nplinz
 p puz 19

ra qz ignis
 nō tñ
 nō aliqz

ra hrr
 mox 22m

22. 2.

mor: et timor erit bis quibus dices per
 sententiam diffinitam et irremocabilem
 a summo iudice. Item maledicti in igne
 eternum. Mathei. xxv. Quid tremore
 habereimus si per iudicem temporalem con
 demnaremur ad carceres toto tpe vite
 nostre: et maior e tremore habereimus si
 condemnemur ad mortem. Quid igitur si
 condemnemur ad carcerem inferni et mor
 tem perpetuam cum acerbitate et ardo: e ig
 nis arderet huius? Sed diceret quis. Que
 causa erit huius? Inie tamen mirabilis: Re
 spondet tbema in secunda parte sui cum di.
 Ques gētes q̄ oblitiscuntur deū. q̄si di
 ceret. ppbera. Hec est causa dānatis
 vestre. s. q̄ oblitiscitis deū. ps: nam iu
 det commemorabit opa mie a reprobis
 nō sibi facta: s; reprobis quasi se excusa
 tes r̄sidebunt et interrogabūt q̄n bec
 sibi nō fecerunt. Verū t̄ ait Raban⁹.
 Et si se excusare saragūt t̄si des̄i fallē
 re nō p̄nt. An r̄sidebit illis dicēs. Quā
 diu nō fecistis vni de mō: s; b; bis: nec
 mibi fecistis. An Aug. Ebrist⁹ ē caput
 ecclie: corp⁹ ei⁹ ecclia. In nostro corpo
 re caput sursum est: pedes in terra. in
 aliqua p̄stipatiōe boium q̄n aliq̄s tibi
 pedē calcas: nonne dicit caput: calcas
 me? Quōd ē lingua quas nemo tangit
 dicit calcas me? Sic t̄ps caput quez ne
 mo tangit dicit. Esuriui et nō dedistis
 mibi māducare etc. Ubi et Ebrist⁹. Uide
 q̄lter leuia insūgit. Non dicit. In car
 cere erā et nō eripulstis me. infirm⁹: et
 nō curastis me: sed nō visitastis et non
 venistis ad me. In esuriendo etiā nō
 p̄ciosam petit mēsam: sed necessariū.
 Unde Ebrist⁹. Et hoc loco sciendum est
 q̄ nō t̄m p̄ eo q̄ peccauerunt homines
 codēnati sunt: sed etiā p̄ eo q̄ nō bene
 faciūt. Si autē p̄ eo q̄ nō bene faciūt:
 sic p̄denantur: purga q̄les penas et ol
 uent. p̄ eo q̄ peccant: Et notandum q̄

potius sit disceptatio de opibus mie
 q̄ de opibus iusticie: cū t̄m magis tene
 amur ad opa iusticie. s; q̄ opa mie. fa
 ctio: a sum: q̄ natura ad hoc inclināt
 supple magis: et ideo magis arguēda
 vbi deficiūt: et m̄n remuneranda vbi
 assunt. et q̄ si ista remunerant: et alia.
 Itē potius arguit de omisiōe q̄ de cō
 missiōe: cū t̄m maioris criminis sit cō
 missiō: et ideo magis arguēdo et puniē
 do q̄d m̄n est inuit amplius punire de
 maioribus. Itē magis arguit de peccatis
 in primū q̄ in deū: q̄ si peccā in primū
 p̄denantur: multo magis peccā in deū:
 vt blasphemia et ydolatria etc. de q̄b;
 dicitur in aucto: itate. Apoca. Itē cū
 sit mia corporalis et spūalis potius arguit
 defectū corporaliū q̄ spūalium: q̄ opa
 corporalia sunt euidentia: vel p̄ bec etiā
 signantur illa. Ecce igitur cāni quare di
 cerur reprobis q̄ a sinistris ei⁹ erūt. i.
 q̄ sinistra. i. tēporalia q̄ diu vixerūt. ar
 denter amauerūt: discedite a me. o in
 felix discretio: o dura separatō: o misē
 rabilis p̄ditio: discedite a me fonte vi
 te indigentis: lumie glie beatificā
 tis: torēte voluptatis inundatis: ple
 nitudine vbertatis inebriantis. disce
 dite a me maledicti. P̄io maledictio
 ne culpe. ps. Maledicti q̄ decli. a. m. t.
 Secūdo maledictione pene. ideo sub
 iungit. In ignem eternum. Hoc ē igitur
 q̄d dicit tbema p̄positum. Eouer
 rantur in infernum oēs gentes etc. Et
 sic de p̄ma corporis pena: p̄pter quas
 custandam sugere debem⁹ q̄d citi pec
 catum et auaricie ardo: em: facere pe
 nitentiam: et viuere s̄m iusticiam.

Secunda pena

est frigus acutissimi.
 Mathei. xviii. c. Ibi erit
 flet⁹ et strido: dētus. s. c. x
 a liij

no
fa

nom en
parati
neq̄ ist

noy
rio
red
mū
p̄ram
s; d q̄
no bon
ugi m̄

no fa

frigore vehemētissimo. **Bl.** Stridor
 dentū de frigore solet excitari: quib
 trāsibūt ab aquis nūmū ad calozes nū
 mū. **Job. xxiij.** Nō inquit Albert^{us} ma
 gnis in lib. de sacramētis q̄ sit. transi
 tus de loco ad locū: s̄ q̄ tū ad sensum.
 sicut febricitans p̄sus torquet frigo
 re: postea calozē in eodem loco et in eo
 dem tempore: sic dānati s̄m corp^{us} q̄n
 s̄ patient ardētissimū ignis dolozes:
 et trāsibūt ad acētissimū frig^{us} et ecō
 trā. **Et** q̄ro spacio stabunt in hac pe
 na vel illa: et quā primo patiant^{ur} q̄n in
 corpore et anima cōcūdent i infernū:
 solus deus nouit vt estimo. **Istud** an
 tēu frigus differt a frigore: **us** mū
 di in quattuor. **Prō** in acerbitate. **Uñ**
greg. q̄ ibi erit frig^{us} itollerabile. **Uñ**
 imaginor^{is} q̄ sicut caloz: illius ignis ex
 cedū calozē ignis huius mūdī: sic frī
 gus inferni excedit istud q̄d hic senti
 mus. **Sed** q̄re nō dicit in euāgelio: q̄
 dñs dicat i dñe iudicij. **Discedite** a me
 maledicti in frig^{us} eternū: sicut dicit q̄
 dicit: i igne eternū: **Dñs** q̄ ignis ē ma
 gis actiuus q̄ alta elemēta: et q̄ p̄gru
 entius possim^{us} sentire ei^{us} ardorez. q̄
 et estate et hyeme vtimur igne. **Id** dñs
 penā infernalē magis dñe exp̄sisse sub
 noīe ignis q̄ alteri^{us} elemēti: vt magis
 timeam^{us} et illas penas grauissimas
 incurrere caneam^{us}: s̄ p̄bēderē tū intē
 dēs oēs penas inferni sub noīe ignis.
Sēcū ne aliq̄n frig^{us} in digit^{is} et dolo
 rē ill^{is}: marime q̄n appropinq̄s illos
 ignis. **Credo** q̄ sic. **Cōsidera** illū dolozē
 nihil eē ad dolozē frīgoris infernal^{is} q̄ro
 magis ille doloz: erit maior: nō solū in
 digit^{is} aut in manib^{us} aut pedib^{us}: s̄ in
 toto corp^{ore}. et marie cū erit trāsit^{us} ime
 diat^{us} de tāco ardore ad tācū frig^{us}. **Uñ**
 et aq̄ ille dñs: nūmū q̄ p̄ ceter^{is} dñr frīg^{us}
 dīozes. **Et** q̄rif quō aq̄ frigidiss^{ima} Ra

bit cū igne ardētissimo: **Et** statz dicef
 in sc̄la dñia. **Secūda** dñia aq̄ frīg^{us} de s̄m
 naturā suā ad illā aquā infernalē est i
 lipiditate. **Nā** bec aq̄ nra ē clara: illa
 autē erit obscura et plena fumo sicut dī
 crum ē de igne. vñ ibi erūt tenebre et
 terrores. **Tenebre** em̄ interiores: dñr
 p̄ctā. exteriores erūt tenebre inferna
 les. **Tertīa** dñia ē in duratōe in se et in
 sua frigiditate: q̄ aq̄ nra pōt calefieri
 et p̄ calozē cōsumi: s̄ aq̄ inferni nūq̄ ca
 lesct nec dīminuet. vñ in inferno ca
 loz: ignis nō destruet nec mītigabit frī
 gus aq̄ nec ecōtra. **Id** mōt et cōplū bēm^{us}
 in penis fact^{is} egyptijs. **Sap. xvi. vbi**
dicit: Qd em̄ mirabile erat in aq̄ q̄ om̄ia
 extinguit plus ignis valebat. vñ dē
 ē em̄ oib^{us}. **In** ill. i. elemēta iustoz. q̄lo.
Nec mīrū si grādo et ignis mīta ferū
 tur: q̄ ad creatoris volūtate oīa cōsen
 tiūt. **Et** seq̄tur eodē cap. **Nr** aut^{em} et gla
 ctes sustinebāt vtz ignis et nō tabesce
 bāt. **Sic** dīcedū vñ q̄ in inferno siml^{is}
 erūt ignis calidissim^{us} et aq̄ frigidiss^{ima}
 ma diuina volūtate sic iustitūere ad pu
 nitionē dānatoz. et **Sap. v.** pugnabit
 p̄ illo orbis terrarū extra insensatos.
Quarta dñia ē: q̄ aq̄ nra suffocat et in
 terficet boīes: sicut videm^{us} q̄ mlti sub
 mergunt^{ur} in aq̄s. s̄ aq̄ inferni nō inter
 ficat nec submerget dānatos: immo si
 cut viuūt pisces in aq̄s: sic p̄petuo bo
 mines viuūt in aq̄s inferni cū illis acu
 tissimis dolo:ib^{us}. **Nā** igit illa nec rōe
 sul nec rōe frīgoris interficet boīez:
 immo cū illo frigore intēssimū dāna
 ti p̄petuo viuūt. o frīg^{us} horredissimū. o
 aqua obscuriss^{ima} et fetidiss^{ima} q̄r^{is}
 strido: dētū erit et te in dānatis: im
 mo i toto corp^{ore} horribillissim^{us} tremor.
vbi erūt stupē alemante: vbi camini
 frande: vbi castra palatia et loca ame
 na busus mūdī: tā nō erūt in p̄petuū:

nec ab illo frigido carcere vnq̄ vultus
 exsibit. Cōsidera charissime q̄rū dolo-
 re z q̄tuz frīg? sufferres si sine morte
 stare posses in glacie bus? mūdū p no-
 ctes vnā nud? z si p septimānā adhue
 plus: z si p ānū adhue multo plus. Si
 igr in ppetuū in frīgoze acutissimo in
 ferni stēt dānati q̄ta erit bec pena co-
 giter q̄ pōt. Q̄ si penas istas atredere
 mus nō ē pena i b mūdo quā nō libē-
 r? sustinerem? vt nō ad locū illū ifer-
 nālē nō descēderem? Cōsiderem? igr
 has penas vt possum? q: scriptus ē. i.
 Regū. ij. Dñs deducit ad inferos z re-
 ducit p cōsideratōes illarū penarū z re-
 ducit ad gaudia paradisi. Cū em̄ peccan-
 do vsq; ad portā inferni venit cōsidera-
 tione bmoī penarū q̄ cuius pctō mora-
 li debētur lz nō in eq̄li gradu penitēs
 redit ad statū grē: z sic reducit ab in-
 ferno. vnde Job. e. Dimittite me dñey
 plāgā paululū do. m. añq̄ va. z nō re-
 ad. r. r. o. m. c. t. m. l. er. t. vbi. v. m. et. n.
 o. s. sem. b. i. b. i. b. i. r. a. s. Cū Job de plib?
 gāib? penarū q̄ sūt in inferno facit mēt
 onē i hac auctoitate de pauc. Cōside-
 rās igr bmoī penas alt. Dimittite dñe
 .i. locū penitētie z tps pcedē. Da mi-
 bi dñe tps vt possis me acq̄tare recuz
 p pnie plāctū añq̄ ad iudiciū ventas:
 quū nō erit tps pnie p quā possint ista
 tormēta euadi. Sz q̄ peto quo ope acq̄-
 tar? se bō cū deo? Certe nō ridēdo: non
 corpori complacēdo: sz pforādo. Esa.
 xxv. iij. dicit Ezechias. Rēcogitabo ti-
 bi. o. a. me. i. ama. aie mee. Et h̄ ē qd̄ di-
 cit Job. Ut plāgā pau do. m. Et h̄ est
 qd̄ dicit Ezechias: cui ifirmāti dati sūt.
 xv. añt ad vitā. Nō q̄ro spaciū vite ad
 ridēdū: ad suauit vluēdū: sicut mlti cū
 infirmant spaciū vite desiderāt nō vt
 penitēat: nō vt fugiāt penas bmoī bo-
 rēdas: sz vt delitose adhueviāt z pec-

cata pctis accumulēt: et sic penas il-
 las in maiorī gradu post iudiciū possi-
 deāt. z vt in tpalib? filiis et fillab? p-
 uideāt z nō sibi. Cū tps vetūt ad pec-
 cādū nō ad penitēndū. Job. xv. iij. De-
 dit ei dñs tps pnie z ille abutit eo in
 supbia. Abutit q̄ q̄ in alios vsus expē-
 dit. Sz posset q̄s dicere. Opz me esse
 multū in labore z dolore ad me acq̄rā-
 dū cū deo. Et dicit Job q̄ non. Cū se-
 quis. Ut plāgā pau. q: q̄cqd̄ in hac vita
 sustineres nō solū parū: sz etiā paulū-
 lū ē respectū ei? qd̄ mltimū ē in infer-
 no. Sequit. Añq̄ va. z non reuertar.
 Quasi diceret. Si nō penitucro opor-
 tet q̄ .i. locū tormētōz vadaz z illū in-
 fernalē penā sustineat ignis z frīgōz.
 Job. v. Qui timet puīnas irruet sup-
 eū nīr. Puīna modica ē z cito trāsīt: z
 de terra nascit: z significat penitētiā
 quā bō volūtate sustinet in hac vita.
 Nīr at frigidio: ē z durabilior: z dñs
 descēdit: z significat penam frīgōis
 eternā q̄ maria ē z ppetua z a deo in-
 flicta. q. d. Qui pniām tyalem deuitat
 eternā incurret. Nō em̄ diceret iuder
 iustus si latrones z homicidas dimis-
 teret iunitos. Qualit q̄ credis q̄ iu-
 der iustissim? cuiusmōi est de? te non
 puniat in futuro: et q̄ te nō vsis punit
 re in hoc mundo: nec de pctis dolere.
 Job. xij. Fugite a facie s. i. n. e. future.
 qm̄ iūq̄ratū vito: ē gladius. Itē Job
 xx. Fugiet arma ferrea et irruet in ar-
 cū cucū. Arma ferrea vocat penā tpa-
 lem fm̄ glo. qz citi? i rubigine cōsumū-
 tur. Arcū enēū: q: durabilior est vocat
 eternū suppliciu. q. d. Qui penā fugit
 tpalē q̄ hēntis ē: incurret eternā q̄ du-
 rabilior ē. Ideo p̄r dicit: atēq̄ vadā.
 q. d. Si nō plāgā: s. i. b. o. Lognosce igr
 te offendisse deū: si p̄centa ei? trans-
 gressus es: z age penitētiā ne ad bas

nota q̄
 intelligi
 autem
 ista q̄ n
 puina
 et sup
 aie?

no fa

Tertia pena corporalis

grauissimas penas ignis et frigoris de
scendas in corpore et anima: et quibus
quod ad illas ultima sententia iudicabuntur
non reuertent. Ideo dicit Job. Non
reuertat. Quot boves ibunt ad illas
penas a possessionibus? et diuitibus terre
nis: a iuribus et aliis peccatis et vicis?
Uis exempli audire? Legit in miraculis
scti Bernardi de heremita qui fuerat de
canus ecclesie lingon. quod cum fuisset. lxxv.
annis in nemore ardanensi: post mor-
tem suam apparuit cuidam episcopo lingon. in
maria gloria: et dixit ei: quod in hora mor-
tis eius. lxx. mille decesserunt et quibus ipse
et beatus Bernardus statim ascenderunt
in celum: et tres inierunt in purgatorium: et
omnes reliqui in infernum. Nec est obiciendum
de puillis baptisatis: si forte tunc aliqui
obierunt: quod non sunt de numero adultorum.
Ite post huiusmodi recitationem recitat al-
bertus magnus in libro de sacramentis.
Nuper fuit quidam martinus clericus et in
scia famosissimus in lecto mortis visita-
tus ab episcopo parisiensi monitus: ut in fi-
ne renunciatet pluribus beneficiis et vna
prebendam retineret erubescens vel inde
gratias facere pro opinionem quam tene-
rat. Tetrabo fuit si potest aliquis saluari
cum pluribus prebendis. Post mortem suam
apparet episcopo eodem mese orati hora ter-
tia in habitu quo solebat vivere: et inter-
rogatus quomodo se haberet. Ego sum alit-
er in eternum damnatus. Et qui est inquit episcopus
causa damnationis? Nihil inquit clamo-
rica damnat me. Et quid dicitis alit-
er de opinione plurium prebendarum? Nihil in-
quit me adiuuerunt: et addidit. Dic est
aliquis adhuc viuens in seculo: et ait episcopus
scopus. Quomodo in tantum clericus ista que-
ris ut tacito imperio finitum esse credas:
cum defuncti bona saltem naturalia non
amittant? Certe ait ex quo mortuus fuit:
tam infinita aiarum multitudo conruit

in infernum quod non credebatur tot esse viu-
entes pro totum mundum. An si Iesus Christus in to-
ta vita sua nihil aliud predicasset: nisi ex-
emplum de diuitibus et lazaro. Lu. xvi. Suf-
ficere debuisset ad uersionem omnium pec-
catorum. An mirum est quod multi ita peruersi
sunt: quod si cetera preba et facta Christi et san-
ctorum aut non credunt aut negligunt: cur
saltem istud euangelium non attendunt? Hec
albertus. Considerata igitur pena aqua tam frigidis
et clamemus ad dominum cuius proposito
nos emendandi dicentes illud psalmi. Sal-
uum me fac deus quoniam intrauerunt aqua versus
et ad aiam meam. Quasi dicerem. Do-
mine confideraui in anima mea penas illas
natis: nunc te fauente: te autem saltem volu-
minis ad te conuertit: ut saluos facias
nos. Scientia viarum tuarum volumus:
quod credimus quod perierunt in infernum om-
nes gentes etc. quod scriptum est. Ipsi vero
non cognouerunt vias meas quibus iuravi
in ira mea: si introibunt in requiem meam.
Et hoc de secunda pena.

Tertia pena inferi

ni declaranda est magna clamo-
re: doloris absque cessatio-
ne. Credimus enim quod sicut
in gloria erit catus leticie
sine cessatione: tam in angelis beatis
quod in electis dei: sic in inferno erit cla-
mor: tristitie tam in demonibus quod in re-
probis hominibus. De angelis beatis dicitur in
scriptura de trinitate. Quae laudant age-
li atque archangeli: qui non cessant cla-
mare quorundam vna voce dicentes. De
qua laude amplius in tractatu de gau-
dijs paradisi dicitur domino adiunante. De
planctu inferni dicitur Apoc. i. Plangente
super eum omnes tribus terre: etiam amen.
Et beatus Bernardus in meditationibus suis
quit. In inferno nihil aliud audietur nisi

si fletus et planctus et ulular' mero
 res atq; stridores dentu'. **Q** planctus
 infinit' q' nunq' habebis finē. Adisti
 ne aliqui personam desolatam et plan
 ctum clamorosum facientē q' te pmo
 ueret ad cōpassionē et fletū? **E**redo q'
 sic: sicut maxime facit boies et amf
 sione carorū planctū: ita q' etiā mult'
 diebus nō possunt cōsolari. **S**icut plā
 ctus maximū credim' virginē dei ma
 trē fecisse de morte filij sui bñdicti: s'
 iste habuit finēz die tertio qñ ipm res
 surrexisset cognouit. s' in inferno erit
 clamor: ploratus et ulular' mult': quia
 oēs sunt tam demones q' dānati pro
 peccis suis mortalibus cū ululatu quia
 si canes clamabūt ppetuo: maxime p
 pter glorie suae dei yssiois puationēz:
 ppter tpsō pdistionē: ppter uehemētē
 penarū passionē: ppter uenitē despera
 tionē. **Q**uātū tormētū in aurib' dā
 natoz imo in toto corpore: **H**oc erit p
 cantilenis et uocib' cantantū in cho
 reis et lucis dissolutis: in quib' pmit
 tunt magna et multa peccā. **U**lulabūt
 igit' pmo demones: q' per supbiā suā
 perdidērūt tantā gloriā. **U**bi notādū
 fm Bonauē. lib. ij. dist. v. ij. cōclusionē. l.
 arti. q' diabolus quodāmo appetit si
 miltitudinē imitationis dei: quodāmo
 equalitatis. et hoc apparet si attenda
 tur appetibile et modus appetēdi. **D**i
 abolus cuius appetit alijs pesse sua tñ
 auctoritate. **Q**u' appetit pesse h' fuit
 imitationis: et hoc aliquādo obtinuit
 set si stetit. q' autē ppa auctoritate
 ita q' sine meritis: et sine datore: et ita
 q' nulli subesset hoc ē solus dei: et hoc
 est equipantis: et ita dicit **B**reg. q' ap
 petijt eē sut iuris: ita q' nulli subesset.
Ber. dicit q' appetijt eq'itate potētē.
Anse. dicit q' appetijt pesse sine me
 titis. et omis uerū dicit: et diuerse au

toritates circūloquuntur: hoc eē qd ē
 pesse oib' sua ppa auctoritate. **E**t sic
 appetijt diuinā equalitatē in aliquo.
Esa. xliij. Ascēdas in celo et ero filis al
 tissimo. **E**t pñr cōclusionē sequēt' ast.
Notādum q' supbia demonū et alioz
 pformis fuit capiti tot' malleic pnci
 pi. s. tenebrarū. **I**pe diabol' attēdens
 suoz naturalū strēuitatē: et excellen
 tiā et pcellētā uoluit pesse et reqescere
 sua auctoritate. hoc ē sine meritis: sine
 misterio. **D**emones pā subiecti nō sūt
 aut tñ appetere: s'z pñderātes natu
 raliū strēuitatē uoluerūt sub ymbra il
 li' qescē: ita q' nō miltarēt: s'z qdāmo
 sub ill' potuerūt uoluntaria libertate:
 quā uidebant se nō posse b'e sub dñto
 dñino. **E**oquēt' em' āgeli se eē factos
 ad pncipandū qertis bitudine: et acq'
 redū p merita et miltētia. **I**n h' super
 bierūt q' sine meritis uoluerūt eā: et si
 ne misterio qescere: et sine limite ppa
 am uolūtātē implere: et h' totū ē supbiē.
Et dicit pñr q' tā uerfionē bñioz q'
 auerfionē demonū peccm' luciferi pces
 sit. **N**ā ipe pñr supbiuit: et supbiā suāz
 oib' idicauit: et et tūc qdā adbeserūt si
 bi. **A**li' h' o' restiterūt et adbeserūt deo.
Quāuis q' sil fuerit āgeloz uerfio et
 dmonū auerfio: nō tñ sil cū peccō lucife
 ri. **I**dē di. vi. cōclonē pñra: ast. **O**tra in
 h' dei iusticia ofidit: q' tñ h' uat iusticiā
 ut ordinē institutū nullo' infrigat. rātū
 odit peccm' ut ppa peccm' qd clarissimos
 reputauit abñciat. **U**n' credo q' tā spe
 ctādū mōstrū dñe scueritat' i angelo
 nobilissimo et pmo hōie: q'z vtrūq; p'
 pñis manibus plasmauit: et decorauit
 de' nob' infirmis opposuit et ondit: ut
 addiscam' q' tū odit de' peccm' et mari
 me supbiā: q' p vno motu cordis nobi
 lissima oim' creaturā eternalit' et h'
 ne spe est damnata. **E**t p esu pomi ipe

no 62

1012 q' su
p' h'z
Amab
p' dānā
in h' m

no 62
iij q' i
Car
p' h'z
na h' m
morip
in suo
p' d' i
62

adā et tora ei⁹ posteritas vsq; ad finē
 mūdi ē mortalitati et multiplici pena
 litati subiecta. Et nisi dñs reliq; no
 bis semen qñ Sodoma fuissem⁹: vt d:
 Esa. x. Et his efficacissimū reliquitur
 argumētū qd̄ boiēdū ē in cidē in ma
 iorū dei vniuersi: vt bñ. ij. Pe. ij. Si eis de⁹
 nō pepcit nobilissimo āgelo supbiēti.
 qd̄ erit de viliissimo cinere et abiectioni
 mo i alitū se extollētū tacere deat in
 cinere et cōfictio: imo in ipō sterq̄lino?
 Nec ille. ij. Per. ij. Si em̄ de⁹ angelis
 peccātib⁹ nō pepcit: s; rudētib⁹ infer
 ni detractos: in tartarū tradidit i iudi
 cū cruciados resuarū: et originali mū
 do nō pepcit: s; oceanū noc iusticie p̄
 conē custodimūt diluuiū mundo ipsoz
 iducēs: et ciuitates sodomoz et gomo
 reoz in cinere redigēs euerdōe dāna
 uit exēplū eoz q̄ ipse acturi s; ponēs.
 Dicit p̄fir Roñ. q̄ d̄ ordiūtib⁹ angeloz
 aliq; lapsi sūt. Loc⁹ in demonū p⁹ lap
 suz vsq; ad diē iudicij nō ē loc⁹ subter
 rane⁹ quē vocam⁹ infernū: s; aer calig
 nosus in q̄ gñalr demonū mltitudo i
 bitat. Utrū at aliq; sint detruiti i infernū
 nec iuento a scis detruiti. h̄ aut bñ
 credo q̄ aliq; descēdāt ad torquenduz
 aias sūm q̄ bñt in se deputata male
 dicitōis officia. Rō aut q̄re in h̄ aere
 sunt est p̄fir bñāq̄ exercitiū. Sic em̄
 dicit aug⁹. Nūq̄ de⁹ q̄s p̄stebat futu
 ros malos eos fecisset: nisi parte nos
 set qb⁹ bonoz vsib⁹ accōmodass; tū
 diuina dispō h̄ erigit vt de p̄uicātib⁹
 angel⁹ obsequiū quodāmodo electoz
 trahat et eliciat. scit em̄ bñ vt i malozū
 prauis voluntatib⁹: et id nō eos detru
 fit in infernū: s; locū dedit aprū ip̄s
 demōib⁹. tū q̄tū ad statū p̄ritū q̄tū
 ad statū exercitiū siue belli. Aer eis ca
 liginosus. p̄fir caliginē quē tenebrosi
 tati culpe: s; p̄fir nobilitatē subtilita

tē cōuenit velocitati āgelice. Tñ sicut
 aliqb⁹ v̄ris scis oñsuz ē frēq̄nter cir
 ca nos volitat sicut musca: et ita dñs nō
 stati retribuit qd̄ meruerūt: s; siml⁹ cū
 boib⁹ eos expectat p̄scere: et differet
 p̄fir n̄m exercitiū: nec de⁹ ex h̄ imise
 ritō: dicit agit cū boib⁹: imo mia super
 altat iudiciū. q̄ d̄ somitē dat scintilla
 p̄scie. h̄ demōne dat bonū āgelū: et sup
 hoc dar suā gr̄am: et p̄firscem q̄ vincit
 oēm pr̄ates. Nec ille. Dubiū aut ē vtz
 nūc puniant pena ignis. Tñ dicit ibi
 de Roñ. q̄ positio aliquoz ē q̄ differet
 pena ignis vsq; p⁹ iudiciū. tuz vt eoz
 exercitiū nō obnitrat: tū etiā vt dina
 mia oñdas q̄ sustinet vasa ire apta in
 interitū: in multa paciētia vsq; i diē q̄
 retribuet oib⁹ p̄m fructū adinuentionū
 suaz. Et cū d: i glo. Jaco. iij. Sup illo
 vbo inflāmata a gebēna. Gebēna est
 dyabol⁹ p̄fir quē facta est. sicut em̄ ge
 bēna semp ardet: sic dyabol⁹ vbicūq;
 sit: vel i aere: vel in tra sep fert secū tor
 mēta flāmaz. Rñ dicit Roñ. q̄ nō itell
 git de flāma ignis material: s; de flā
 mis viciōz. s. ire et iuidie: qb⁹ etiaz tor
 quef. p̄fir i gr̄ dyaboli iustitiatū in p̄
 sumptōne: q̄ statū vt vidit suā pulchri
 tudiez p̄sumptū. cōsumatū in ābitide:
 q̄ p̄sumēs d̄ se appetit qd̄ oino sup se
 fuit p̄firmatū inuidie et odiū auerfide:
 q̄ et q̄ obtinē nō potuit qd̄ appetit i
 uidē cepit et affectu odiū p̄ire. nā dya
 bol⁹ sup⁹ nō valēs p̄scēdere: s; opul
 sus descēdere odit deū iustū: et iuldet
 excellēte ei⁹. Nec bona. Hoc in quaz
 p̄fir p̄fir diē iudicij puniet penis illis
 infernalib⁹: in qb⁹ magnis clamorib⁹
 ip̄i demōes clamabūt scietes se i celū
 creatos: et tā magna gaudia pdidisse
 ex rāta sua supbia. Esa. cxiij. Clamabit
 moab⁹ ad moab. moab i gr̄ vlulabit: q̄
 demones maiores vlulabūt: et ceteri

inimicus
 romā
 abas

no h̄
 f̄
 v̄

no alij
 nones
 in

est magnus clamor doloris

rhidebūt. ⁊ pena erit maria in ipſis
 et i dānat⁹ boib⁹. Sicut i celo dulce ē
 audire carū ⁊ laudē angeloz: sic triste
 est audire vltatū ⁊ clamorē demonū.
 Quid clamabūt? Erte maledicēt do
 q̄ eos creauit. maledicēt iulifer p̄tm⁹
 ille mal⁹ āgel⁹ alijs iſerioib⁹ q̄b⁹ vo
 luit p̄fidere. maledicēt inferiores iulifer
 o: cui i tā graui culpa p̄ſenſerūt. ma
 ledicēt boib⁹ cū q̄b⁹ tā graues penas
 patient: illis petā ſua ipropando dice
 tes. Miseri q̄ n̄tis ſuggeſtionib⁹ et
 rēpratoib⁹ p̄ſenſiſtis: ecce p̄miſi qd̄ in
 de acq̄uiſiſi. bic ſtabit⁹ nobiſcū nolit⁹
 vellit⁹ accipere qd̄ in eternū meruiſtiſ
 Clamabūt inſup oēs petō mortali dā
 nati ſilt deo maledicendo: ⁊ boiā in q̄
 nati ſunt p̄rē ⁊ m̄rē q̄ eos genuerūt.
 Et ſic triste eſt in p̄ſenti audire clamorē
 boiſ tribulat⁹: ſic multo triſt⁹ erit au
 dire clamorē tot dānatoz dicent⁹ vē:
 ve: ve. Ue q̄ vnq̄ nati ſum⁹. ve q̄ fm
 carnē vixim⁹. ve q̄ vnq̄ in petiſ gaul
 ſi ſum⁹. Et ſil⁹ p̄ p̄rē: ⁊ p̄rē ſilū vlu
 labit⁹: ⁊ ſic d̄ alijs cū q̄b⁹ vel pp̄ quos
 peccauerūt: et multos alioſ terribiles
 clamores faciet⁹ ſe mutuo ad magnā
 penā ſuarū auriū. ¶ Secūdo clamabūt
 pp̄ ipſoſ p̄ditōez. Reddituri eſm ſū
 m⁹ rōnez de tpe q̄ vixim⁹ in h̄ mūdo.
 Uñ oē tps nob̄ ipenſum eriget a nob̄
 q̄lter expēſus fuerit. Uñ q̄lter reddi
 tur⁹ rōnē de oib⁹ āntiſ: mēſib⁹: ſeptia
 niſ: dieb⁹: boiſ: ⁊ minutis q̄b⁹ vixit.
 Si ſortatiſſis. xx. annis vixiſtiſ: ⁊ nūq̄
 deo p̄ tres ānos fideliter ſeruiſtiſ: qd̄
 faciendū ſit? R̄ ſideo q̄ debes de p̄teri
 to tpe p̄ſiteri ⁊ dolere q̄ tps tuū ſic
 male expēdiſti. Ver. Nil p̄toſi⁹ tpe: ſz
 bey eo nihil bodie vll⁹ iueiſt. trāſcūt
 dies ſalut⁹ ⁊ n̄cō r̄cogitat. Uñ le gif ex
 p̄tū q̄ qdā bō deuor⁹ q̄ſi audiuit bozo
 logiā ſignare ſeu ſonare ſemp̄ cogita

uſt ⁊ dicit ad deū. O de meſiā ſtey bo
 rā tps mei⁹ p̄ſiſi de q̄ redditur⁹ ſum
 rōnez quōd eā expēdi. Uñ dānati i ſer
 no de b̄ ſignāter cōq̄runtur q̄ tps gr̄e
 tā iuſtiter expenderūt. Uñ qdā deno
 tus eris in denotōib⁹ ⁊ orōtib⁹ ſuis
 audiuit quandā vocē lugub̄rē: ⁊ q̄ſiuit
 qd̄ eſſet. ⁊ r̄ſidit. Ego ſum vna aia dā
 nata. Et ille. Cur tam amare ſies? Re
 ſpondit illā. Ego et oēs aie dānate de
 nulla re ſutantū dolcemin⁹ ſicut de tpe
 gr̄e qd̄ ſuultiter expēdim⁹ ⁊ peccādo
 p̄ſumpſim⁹ vbi ſua boiā potuiſſim⁹ de
 petiſ n̄tiſ penſuiſſe ⁊ eternā penam
 quā nūc patimur euāſiſſe. Tertio cla
 mabūt ſine ceſſatione pp̄ter maximū
 dolorē penarū q̄ſ patient. Sicut aliq̄
 vebemēt̄ inſirmi aut dolorē vebemē
 tem ſuſtinētes nō p̄nt ceſſare a gemi
 tu ⁊ clamore. Cōſidera ſi poſſes abſtie
 re a gemiti⁹ et clamore b̄ndo manum
 vel pedes in igne bui⁹ mūdi q̄ tñ pena
 q̄ſi nihil eſſet in p̄paratione ad illā in
 fernū. Hec erit grauiſſima pena p̄ pec
 catiſ q̄ nihil p̄ficiet. De q̄ d̄: ſap. v. Di
 cēt itra ſe p̄nias agētes: et p̄rē āguſta
 ſpūs gemētes. Hi ſunt quos aliq̄ſ ba
 buſim⁹ in deriſum: ⁊ in ſimilitudinē v̄
 properū. Nos inſenſati v̄ſiā illoz eſti
 mabam⁹ inſantā. Hec p̄ſcēt dānati de
 bis q̄ſ nunc mūdus reputat ſarpoſ.
 Et ſeq̄tur. Errantim⁹ a via veritatis.
 Anterli. Quā gelim⁹ diuine legiſ ⁊ ſuſti
 cie lumē nō luſi in nob̄: ⁊ ſol̄ intelligē
 tie nō eſt in nob̄ or⁹. Sed qd̄ fecim⁹?
 laſſati ſum⁹ in via iniquitatis ⁊ p̄ditio
 nis: et ābulauim⁹ v̄ſas difficiles: v̄ſas
 aut̄ d̄ſi ignorantim⁹. Quid nob̄ p̄ſiſt
 ſupbia: aut̄ diuſitariū ſactātia qd̄ p̄tu
 lit nobiſ? Trāſierūt oīa iſta tanq̄ v̄m
 bra: ⁊ tanq̄ nūcl⁹ p̄currēs: tanq̄ na
 uis q̄ p̄r̄ſiſt ſtucuantē aq̄as: cui⁹ cū
 p̄terierit nō eſt veſtigia iuenire: neq̄

nota h̄
 x. comp.

nota p̄
 ſi p̄
 ſi p̄
 ſi p̄
 ſi p̄

Tertia pena corporalis

semitas carine illius in fluctibus, aut
 auis q̄ trāsmolat in acre: cut? nullū in-
 uenit argumentū itineris illi? sed tñ
 fonte? alarū verberās breuē ventū: ⁊
 scindēs p̄ vlm̄ itineris aerē cōmoris
 alis trāsuolant: ⁊ post hoc nullū inue-
 nit signū itineris illi? aut tanq̄ sagit-
 ta emissa i locū destinatū diussus aer
 continuo in se reclusus est vt igno: ef-
 tranātus illius: sic etiā nos nati cōr-
 nuo desinim? esse: et p̄tuis quidē nul-
 lū signū valemus ostendere. In mali-
 gnitate autē nostra cōsumpti sumus.
 Tertia dixerūt: in inferno hi q̄ peccauer-
 runt. Interit. Quinq̄ similitudines
 terrenarū ferū defect? ostendit. Glo.
 Per vmbriā obliuionē mentis vel mo-
 te carnis q̄bus humana vita obnoctā
 est accipim? p̄ nunciū p̄currentē pas-
 siones aie vel co: p̄s q̄ p̄cedunt occa-
 sūm vite corruptibilis. Per autē excel-
 lentias p̄ nauē vero leuitatē humane
 mentis q̄ p̄ amaras seculi vndas de-
 monū sicut lib? agitaf. p̄ sagitā dolos
 et infidias iniquoz. Hec oia etiā in mū-
 do versant: sed tandē infructuosas pe-
 nitentias possessoz lib? suis relinquit.
 Vñ gemētis nulla voce cōsolationis
 releuabunt. Et seq̄tur. c. vi. Audite q̄
 reges et intelligite. discite iudices si-
 miliū terre. p̄bete aures vos q̄ p̄tinetis
 multitudines: ⁊ placetis vobis in tur-
 bis nationuz: qm̄ data est a deo p̄as
 vobis ⁊ virt?. Interit. Puniedī ab al-
 tissimo q̄ interrogabit opa vestra et co-
 gitatiōes scrutabil: qm̄ cū essetis in
 illri regni illi? nō recte iudicastis ne-
 q̄ custodistis legem iusticie: neq̄ in
 voluntatē dei abulastis. Horrēde ⁊ ei-
 to appēbit vob: qm̄ iudiciū durissimū
 in his q̄ presunt fiet. Exiguo etiā cōce-
 dit? mia: Potētes aut potēter tormēta
 patient. Interit. Qui scz mādata dei

ptēnendo grātia pctā cōmiserūt: nec
 penituerūt: sic etiā potētiōres in ipse-
 tate fortio: a sustinebūt tormēta gebē-
 ne. Nō em̄ subtrahet personā cuiusq̄
 dñs q̄ est dñato: oius: nec p̄bit ma-
 gnitudinē cuiusq̄: qm̄ pusillū et ma-
 gnū fecit ipse: ⁊ eq̄lter cura est illi de
 oibus. fouoz lib? aut fortio: inlat cru-
 clatio. Fiebūt ⁊ vluabūt igit dānat
 ex maximo dolore penaz q̄s patient
 absq̄ cessatiōe. Q̄ quāt? clamoz: quāt?
 tus dolor: q̄s posset hec cogitare: ⁊ re-
 do q̄ null? viuēs. Faciam? igit p̄nias
 de pctis nr̄is q̄ diu sum? in h̄ mundo.
 Quarto clamabunt horribillē pp̄-
 venie desperatiōes. Scit̄ em̄ dānat
 q̄ p̄petuo i illis penis stabūt sūt sen-
 tētiā sūm̄ iudicis discētis: discedite a
 me maledicti: ite in ignē eternū. Q̄ quāt?
 rū erit horrendū? ⁊ quāta materia cla-
 moris: p̄lāct? ⁊ desolatiōis: p̄petuitas
 tormētōz? Quō q̄ illā p̄petuo sustine-
 bunt q̄ hic modicā p̄nias sustinere nō
 p̄nt? Sed posset q̄s dicere. Quare nō
 bñt spem vt a carcere inferni liberen-
 tur: ⁊ maxime cū pctm̄ eoz fuerit trā-
 sitorū ⁊ tam cito cōmissum? Hec p̄-
 petuitas derogare n̄ie dñe videret. et
 ex hoc pot? diceret crudellis iudex q̄
 iustus aut misericors. It̄ n̄ def? pio p̄
 exēpiū. Videm? em̄ q̄ emptio moinē
 tanea dat ius p̄petuis possidēdi rem
 emptā. It̄ vulneratio momentanea
 mortē inducit p̄petuā. It̄ casus i fo-
 ueā tpalls ⁊ subitane? est de tērio p̄-
 petua. It̄ crimē lese maiestatis ē tpaler
 sz seruit? p̄petua siue punitio. Sic dis-
 co q̄ p̄ momentanea defectatiōe pcti ⁊
 vulnere sp̄ali: ⁊ sic d̄ alijs icurris dā-
 natio perpetua: ita q̄ si vnā tñ guttā
 tolleret q̄s de mari in annis mille: et
 aliā in alijs mille ānis: sic guttati po-
 ti? cēt mare exbaustū q̄ a penis dāna

ofa
 73
 1476
 1. v

nota

et post die iudicii liberaretur. Et si p[ro] tantu[m] spaci[u] speraret liberari: hoc esset aliq[ui]de gaudius. Sed q[ui]a in inferno nulla est redemptio om[n]i spe liberatiois frustrabuntur. ¶ **R[ati]ones etiã hui[us] p[ro]p[ter] tue d[omi]natiois assignatur.** ¶ **P[ri]ma: q[ui]a b[ea]t[us] peccauit i[n] suo eterno. i. peccauit q[ui]a diu vixit: nec voluntas ei[us] peccadi sine habuit: ideo iuste in eterno dei et eternaliter punit.** ¶ **Uñ Grego. Ad districti iudicis iusticia[m] p[er]met vt nu[m]q[ui]d careat supplicio: quoru[m] me[m]s in hac vita nu[m]q[ui]d voluit carere p[er]d[er]e. et illu[m] d[omi]n[u]m detur in i[n]q[ui] terminu[m] vltionis: q[ui] q[ui]a diu voluit habere noluit terminu[m] criminis.** ¶ **Item ait Antiqui no[n] cu[m] sine peccauerit q[ui] cu[m] sine vixerit. nam voluissent vtiq[ue] si potuissent sine sine viuere: vt possent sine sine peccare.** ¶ **Ostendit etiã q[ui]a i[n] peccato viuere cupiat semp[er] q[ui] nunq[ui]d desinit peccare d[omi]n[u]m viuere. Iustu[m] igit[ur] est vt nunq[ui]d careat supplicio q[ui] nunq[ui]d voluerit carere p[er]d[er]e.** ¶ **Hec Grego. Uñ et augu. Fact[us] est aut[em] b[ea]t[us] malo dign[us] eterno q[ui]a hoc in se p[er]mit bonu[m] q[ui]d esse posset eternu[m].** ¶ **Et Verbi. Iustus p[er]fecto si peccat patit[ur] q[ui]d nolit: q[ui] no[n] peccat nisi velit.** ¶ **Secunda r[ati]o: q[ui]a i[n] inferno no[n] habeat facultate[m] peccadi: habebunt t[ame]n affectu[m]: q[ui]a adhibere peccare vellent si possent. Uellet etiã si possent in p[er]d[er]e p[ro]p[ter] tuo delectari: ideo p[ro]p[ter]petuo debet p[un]iri.** ¶ **Tertia r[ati]o qua[m] ponit sanct[us] Ibo. scdo libro co[n]tra gentiles. c. cxiiij. est: q[ui]a sic post morte[m] redduntur imutabiles s[ecundu]m voluntate[m]: vt scz vltimus volu[n]tas mutari no[n] possit: neq[ue] de bono in malu[m]: neq[ue] de malo in bonu[m]. Quãdiu etiã aia est in statu pugne pot[est] de bono in malu[m] mutari: vel e[con]tra. sed statim cu[m] aia a cor[por]e separatur no[n] restat nisi receptio p[ri]m[us] v[el] p[er]ic[ul]i.** ¶ **Quarta r[ati]o: q[ui]a p[er]t[ur]b[ati]o est p[er] illu[m] qui est infinit[us]. Uñ**

et pena debet esse infinita: no[n] quia desiderat acerbitate[m] sed duratio[n]e. Iudex ergo iustus est q[ui] punit p[ro]p[ter]petuo p[ro]p[ter] rationes dadas. Sed e[st] ne misericors in tali p[un]itione? Dico q[ui]a sic: vt mag[ist]er dicit in sententijs: q[ui]a citra co[n]dignu[m] ip[s]os punit. Nunq[ui]d est tantu[m] aliq[ui]de punit q[ui] plus demerisset. et id dicit Ricardus d[omi]n[u]s et Bonauen. q[ui]a deus puru[m] misericors: de act[u] aut[em] mere iustu[m] no[n] posset facere: q[ui]a inseparabiliter in deo sunt a[n]i[m]a iusticia et mia. Predicta igit[ur] quatuor: erunt ca[us]e continui clamoris ip[s]o[rum] d[omi]nato[rum]. et hoc q[ui]a clamore[m] tuu[m] noluerunt audire q[ui]a diu hic vixerunt o[mn]i iuste iudex. Clamauit etiã d[omi]n[u]s Iesus doct[ri]na sua: et via salutis edocedo. Luce. vi. Ipe iter faciebat p[er] ciuitates et castella p[re]dicans et euangelizans regnu[m] dei. Sequitur. Et hec dicens clamabat. Quis habet aures audiendi audiat. Clamauit etiã p[ro] suos p[re]dicatores: quib[us] dixit. Euntes docete o[mn]es gentes: baptizantes eos. In no[m]i[n]e p[at]ris etc. docentes eos seruare o[mn]ia quecu[m]q[ue] mandauit vobis. Et Prover. i. Sapientia foris p[re]dicat. in plateis dat voce[m] sua[m]. in capite turbaru[m] clamitat. in forib[us] portaru[m] v[er]bis p[ro]fert verba sua dicens. U[bi]q[ue] quo paruuli diligeris infantia: et stulti ea q[ui] sibi sunt gloria cupient: et ipudentes odibunt scientia[m]. Couertimini ad co[n]rectione[m] in eas. Ego p[ro]feram vobis sp[iritu] meu[m]: et ostendam verba mea. Uocauit et renulstis. extendi manu[m] mea[m]: et no[n] fuit q[ui] aspiceret. Desperistis om[n]i co[n]silio meo: et irparationes meas neglistis. Ego q[ui]a in itineru[m] vestro ridebo: et sub sannabo cu[m] vob[is] q[ui]a timebatis euenerit. cu[m] irruerit repentina calamitas: et interitus q[ui]a rep[er]tas igneristis. q[ui]a v[er]u[m] inter sup[er] vos tribulatio et angustia. Tunc iuocabunt me et ego no[n] exaudia[m]: eo q[ui]a

nota

nota

nota

p[er] h[oc]

ora

q[ui]

ora
duz
v[er]u[m]v[er]u[m]
a[n]i[m]op[er] h[oc]
no

Quarta pena corporalis

grossa; habuerint disciplinā: et timorē
dñi nō susceperint: nec acq̄uerint cō
silio theo: et detraxerint viuere: cor
reptioni mee. Comedet igitur fructus vite
sue suisq̄ cōsilijs satrabūtur. Sicq̄
veritas (bematō assumpti) Euerat
tur in infernum omnes gentes etc.

Quarta pena

erit fumus absq̄ euacu
atione. Nō erunt em̄
i inferno fenestre: aut
fractura ire p̄ quas
iste fumus exire possit:

imo insibi p̄cludet ille fumus vniuersis: ter
ra absq̄ quocunq̄ meatu. Considera
charissime quāta pena eēt boiem esse
in fumo vniuersi camini igne magno sus
cēso: etiā si nō ibi p̄ horā staret: et ma
ior pena si p̄ diē: et adhuc maior: si per
septimanas. O quāta pena erit esse in
fumo carcerum inferni perpetuo? An
de considero q̄ ex illo fumo erunt in
damnatis pene quartuor: videlicet

Primo capitis perturbatio.

Sensuum occupatio.

Corporum denigratio.

Inferni obscuratio.

Erunt igitur iste fumus capitis perturbatio
vniuersi. Matth. viii. Ibi erit fletus et stridit
do: dērtū. Tū sanctus Tho. iii. li. 5. gen
tes. c. 17. In corpib⁹ dānatoꝝ post re
surrectionē nihil p̄hibet corporaliter fle
tū et stridēz dentū intelligit: ita tamē
q̄ p̄ fletū nō intelligat lachrymarum
deductio. q̄ ab illis corpib⁹ resolutio
nulla fieri pōt: s̄ solū dolor cordis. con
turbatio oculorū et capitis: put in flet
bus esse solet. Nec ille. Qui em̄ flet
q̄ nō emittit lachrymas: s̄ pruribatur
et dolet cōter caput. In inferno igitur
ex tali fumo horribiliter erit maxima ca
pitis perturbatio: et dolor vehemētissi

